

et ipsius liberum facientes, ad Nos, an ad alium Principem viciniorum scriptum recognitum remittere velitis. Utrumvis feceritis, vobis persuasissimum esse cupimus. Nos nostro loco in promovendo Concordia negotio ad summanam diligentiam nihil reliquum esse facturis. Deus O. M. labores vestros secundet, et Eclesiis vestris ac nostris tranquillitatem optatam ab ipso constantem clementer largiatur! Valete. Heidebergae 4 Septemb. 1681.

121.

Rudolpho Lavatero Goldastus S. P. D.
Accipe iterum 21. folia, quibus proter profationem adhuc succedent folia quasi 40. sic scripta, ut vides, quae omnia hac hebdomade, Deo dante, absolvam. De Cottonianis valde dubito an ante nundinas responsum habere possim; feci tamen, quod petisti. Valde vereor, ne D. Bongarsius resciverit Cottoniana illa Argentina impressa abste reudi quando ceteros tractatus suppressit, ne ad nos perfringant. Memini ab illo improbari typographorum istas reimpressiones, quas vocant. Itaque excusatum me habebis, si illum non urgeo. Quid si ipse ab eo petas? Opinor non recusaturum. Vale 18. Februarij. 1681.
Sic titulus Apologiarum non ad me mittitur?

in yppa & c.

Genere, Virtute et Eruditione Protestantissimo viro D. Joh. Rudolpho Lavatero, Dno et Populari meo amicissimo
Panaw.

122.

Carissimo Davidi Pareo Petrus Titus, Eclesia Bethaniensis Pastor salutem.
*** Valde mihi cura est universae patriae salus, et in ea, si non omnium, saltem praecipuarum Eclesiarum sincerior et perfectior reformatio,
J. S. C.

178
Ideo non desisto supplicationem illam meam recognoscere,
et firmius munire principis et axiomatibus quibusdam
primorum Reformationum in Ecclesiis Wratislaviensibus
D. Moibani et D. Hessi. item rescriptis Frederici secundi
Principis Lignicensis et Brigensis, quorum nulli tunc
provocarunt neque provocare potuerunt ad authori-
tatem Lutheri, quin se ab illa pendere, prorsus ne-
gare coacti sunt; nec non decretis publicis Principis
Georgii et Joachimi Frederici, quorum omnium
prajudicia mea intentioni et felicibus successibus non
parum profutura videntur. De processu autem et
modo hanc causam agendi, omnino probo consi-
lium et iudicium, quod ad me miserunt. Ad amici illi
nostri, nec illud, institutum hoc meum impeditum
aut subversum, sed promotum cupio, et ut tali
modo in actum deducam, viam sternere, preparare,
atque omnino subservire debet. Omnino hanc ad rem
requiritur primum omnium talis aliqua instructio,
cujus lectione procedente, et procerum Orthodoxorum
aliqui, et ex illis orator etiam aliquis, quem tu
desideras, excitaretur, qui ex composito, singulari
zelo opus hoc postea in sese susciperet, in solenni
conventu proponeret, et preoccupatis jam ante
saltem aliquibus proceribus causam hanc strenue
et ut speramus, non omnino frustra aut infel-
liciter ageret. Non defuerunt, qui jam in hoc
ipso conventu Principum et ordinum Wratislavi-
ense aliquod scriptum desiderarunt, quibus autem
cautionibus et conditionibus, nec non ordine omisso,
commissio et communicatio supplicationis illius non
mea sed Ecclesie fieri deberet, de us perscripsi es-
tate superiori ad amicos illos nostros D. Pitiscum
et D. Scultetum, in quibus acquiescunt et adju-
menta, et promotiones suas studiose pollicentur,
ad quas tuas quoque, ut adjungas, vehementer rogo.
Complectetur nunc scriptum illud meum integram
historiam, qua Reformationis Ecclesie initialis
in Silesia: impedimenta etiam et causas refor-
mationis illius imperfectioris, qua nulli nunc ut

tunc essent obstaculo nobis amplius: tandem ideam quae
eius non tantum Calvinicè, sed etiam bene Lutheranicè
perficiendae. Non deerit sua causa et suis consiliis
et conatibus ipse quoque Dominus. Hoc dum scribo, re-
fertur ad me nuntium, post longas et plurimas discep-
tiones propositum esse uratislavia. Homagium novo
Regi Bohemiae et Silesiae Matthias 6. Octob. ¹⁶²⁰ p. 20
Sept. stil. veteri. Rex Regum et Dominus Romanantia
dirigit omnia ad sui gloriam et patriae atque im-
perii salutem. Melchior Reichenberg junior rursus
mutavit religionem et prolabitur in errores
papales. Videtur mihi pueriliter desipere, et
carere omni iudicio aut saltem iudicii infir-
mitate, ex mentis simplicitate. Deus ipsum sciet.
Nunc bene vale. Vir clarissime, doctissime,
humanissime, sympathiota optime. Dabam He-
thanide 7. Octobr. Anno. De V. s. t. te CVM.
De V. et nob. Is CVM.
Sa La sa LVs nostra Do M. M.

125.

Car. Davidi Pareo Johannes Piscator
S. Reverende et Clarissime Doctor Pareo. In-
posuerant sibi generosus Baro à Kunowitz et illius
Praeceptor Magister Salmuth s. qui hanc tibi reddidit
à nobis, ubi generosus Baro iam annum et amplius
bonis literis operam navavit, recta Geneva pro-
ficis ad studia continuanda. Sed quoniam
Francofurti intellexerunt Geneva hoc tempore pro-
serpere, sive grassari pestem, mutato consilio sta-
tuerunt hac hieme subsistere. Heidelberg. Itaque
idem ille M. Salmuth à me petivit, ut sibi ad te per
commendatitias aditum patefacerem. Quod ipsum è
vestigio hinc literis prestare aggressus sum.
Juvenis ille Baro est bone indolis, modestus, obser-
vans Praeceptorum: et satis magno pro etate in
bonis literis profectu. Fuit mihi et reliquis schola-
nostre professoribus omnibus charus: spero item tibi
et professoribus coeteris Academiae vestrae charum fore.
Quod faxit Deus, fons et dator omnis boni, Amen. Scri-
psi subito Herbornae 19. Sept. 1611.

Joh. Brant